



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Ioannes Apost. 27. Decembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

Impuram è gente suâ puellam ad illicita se pelli-
cientem cruce neci dedit, crucis vitæ reddidit. In
cœnobium deinde, divino duœtu, cùm venisset,
dum Servatoris è cruce pendentis pedibus oscu-
lum tulit, Servator ipse amplexum illi rependit,
simul suâ manu ductâ crucis fronti ejus impressit.
Ipse quoque locum eum, quo sacris undis est tin-
ctus, pedum suorum vestigiis insigne; eum verò,
quo preces solitus est facere, cœlestibus odoribus
nobilem fecit. Iam templorum portæ sponte illi
pandebantur. Totus oculatus illa etiam, quæ in
animis hominum gerebantur, pervidit: undas
sicco, cùm libuit, pede perambulavit, terrâ obru-
tus umbilico tenus xl. dies sine cibo duravit.
Obiit verò anno, postquam sacris est initiatus,

viii. verissimus Abrahæ filius. Ex Menaïs

Cum cruce signari, in mentem tibi veniat omnis
vis, quam crux continet, ac tum iram omnesque à
ratione adversos impetus extinxeris. Cum frons con-
signabitur, aut reliqua membra, fac ut te ipse hostiæ
Deo gratum offeras. S. Chrysost. de Ven. crucis.

S. IOANNES APOST. 27. Decembri.

Ecce, MATER magna, filius tuus! Ecce quis-
quis filius MARIAE es, germanus VIRGINIS
Sodalis IOANNES, cui ultimum ecenans Christus
in pulvillum pectus suum, motiens in matrem,
matrem dedit suam, nostram etiam deinceps, si
Ioannes sumus. Asiam administravit. Exul pa-
triā rāmen cœlestē; aliaque quæ scriptis man-
davit, arcana vidit. Venenum, quod cruce tempe-
rasset, innoxium bībit, nec ab hoc tantum abhor-
ravit, quantum ab hereticis, Cerintho præcipue,
quicunque ne lavare quidem eisdem in balneis vo-
luit

27. Dec. VITÆ S A N C T O R V M . 631

luit. Amorem ejus aquæ multæ non potuerunt extinguere. Magis etiam artit, cùm oleo Romæ ab igne bullienti immisus fuit. Ajebat summam legis Amorem esse. Iliud unum in ore habuit; *Filioli diligite alterutrum.* Certè quantum animos dilexerit, argumentum ingens juventæ nescio quis juvenis est. Hunc Ephesumabiturus IOANNES Episcopo unicè commendaverat, sed pessimo custodi. Ecce adolescens is capitur ab animorum prædonibus (socios hodie male dicimus) mox ipse corporum etiam latro, mox dux latronum evadit. Subinde IOANNES adest, & pretiosam ab amico depositum exposcit. Amissum ubi audit, graviter fidem malam objurgat, in silvas deinde excurrit (senio alas amore ministrante) visamque prædem tamdiu insequitur, dum lacrymis suis fistit, canisque, amplexibus impeditam in viam reducit. Cessit itaque feliciter hæc venatio. Hodie multæ ejusmodi feræ pereunt, quia retia fugiant, maluntque ab orco rapi, quam à cælo capi. Ex Bar.

Per B. Joannis vestigia ad Redemptorem nostrum, pleno cordis amore tendamus: hujus doctrinam velut coruscam lampadem nostris semper gressibus preferamus; pudeat jam terrenis incubere, qui per spei desiderium ad cœlestem cœpimus gloriam festinare. P. Dam. serm. 2 de S. Ioan.

S S. I N N O C E N T E S M M .

28. Decembris.

M Ala omnia nunciabat Herodi nuncius à Magis allatus. Quid meadomum corona erit, quæ duos Reges ferat? aut regni mei alienum heredem vivi spectabunt liberi? vivus ego? quin caput illi nunc aufero, ne ille diadema mihi? put-

Dd 4

puram